

5178.

1348 maj 23.

Avignon.

Clemens 6 providerar Olavus Petri med kanonikat och prebende i Oslo, vilka blivit lediga genom Brynulphus' Haraldi död vid kurian, och tillskriver biskoparna i Hamar och Skara samt sakristanen i Avignon såsom exekutorer i denna sak.

Vatik. ark. Reg. Auin. 241, f. 578 v—579 r, ep. ccclii (f. 556 r: De prebendis vacantibus anni septimi [quaternus] x) — Reg. Vat. 188, f. 381 v—382 r, ep. cccxlvi.

<sup>1—)</sup>Gratis pro Deo.<sup>—1</sup>)

Dilecto filio Olano<sup>2</sup>) Petri, canonico Osloensi, salutem etc. Probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fide digno testimonio commendaris, exposcunt, vt personam tuam fauore apostolico prosequentes tibi reddamus ad graciam liberales. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Osloensis, quos quondam Brunulphus Haraldi, eiusdem ecclesie canonicus prebendatus, in eadem ecclesia, dum viueret, obtinebat, per ipsius Brunulphi obitum, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extreum, apud eandem sedem vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de illis disponere possit pro eo, quod nos diu ante vacacionem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas ceteraque ecclesiastica beneficia tunc apud sedem eandem vacantia et imposterum, vacatura collacioni et disposicioni nostre specialiter reseruantes decreuimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nos volentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere speciale canonicatum et prebendam predictos sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam prouidemus, decernentes prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel contingerit<sup>3</sup>) imposterum attemptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis, iuramento, *se vidare SD 5167 t. o. m. 'sit processum' med var. h,* quibus omnibus in assecucione dictorum canonicatus et prebende te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro ·· episcopo et dilectis filiis capitulo Osloensibus vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, prouisionem seu *se vidare SD 5167 t. o. m. 'illud prestes'*. Nulli ergo etc. nostre collacionis, prouisionis et constitucionis infringere etc. Datum Auinione x kalendas iunii anno septimo.

In eodem modo venerabilibus fratribus ·· Hamarensi et Scarensi episcopis et dilecto filio sacriste ecclesie Auinionensis salutem etc. Probitatis et virtutum merita etc. vsque illud prestet. <sup>4—)</sup>Quocirca mandamus<sup>4</sup>), quatenus vos vel duo aut vnu vestrum per vos vel alium seu alios eundem Olauum<sup>5</sup>) vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinenciarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore, facientes ipsum vel dictum procuratorem ad eandem prebendam pro eo in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, sibique de ipsorum canonicatus et prebende fructi-

bus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem . . episcopo et capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim a dicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc.

Datum vt supra.

Tryckt i utdrag i Dipl. Norv. 7, n. 209 (efter Reg. Vat.).

<sup>1)</sup>–<sup>1)</sup> Saknas i Vat. <sup>2)</sup> Sic. <sup>3)</sup> Vat.: contigerit. <sup>4)</sup>–<sup>4)</sup> Så Vat. Överstr. i Auin. efter 'quocirca': discrecionis vestre per apostolica scripta. <sup>5)</sup> Så Auin. I Vat.: Olanum.

5179.

1348 juni 13.

Anteckning om utbetalning till fjorton penitentiarier, bland dem Sigfridus (»Siiffredus») de Dacia, av 112 floriner till sommarkläder.

Tryckt i APS Cam. 1, n. 369; tidigare i Schäfer, Die Ausgaben der apost. Kammer, s. 391 (Vat. Quellen z. Gesch. d. päpstl. Hof- u. Finanzverwaltung 1316—78, III).

5180.

1348 juni 26.

Avignon.

Clemens 6 beviljar en supplik av Vernerus Gisichini, klerk i Uppsala stift, om kanonikat och prebende vid domkyrkan där, ledigblivna genom deras förra innehavares, Thidemanus' Vigmanni, död vid kurian (jfr SD 5195).

Vatik. ark. Reg. Supplic. 17, f. 112 (cxii) r.

Supplicat sanctitati vestre humilis et deuotus vester Vernerus de regno Suetie Gisichini, clericus Vpsalensis<sup>1)</sup> diocesis, quatenus sibi specialem graciam facientes de canonicatu et prebenda ecclesie Vpsalensis vacantibus ad presens per mortem Thidemani Vigmanni, vltimi canonici prebend[at]ji<sup>2)</sup> eiusdem ecclesie, qui in curia Romana diem clausit extremum, dicto Wernerō cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vniuersis dignemini misericorditer prouidere amoto etc.<sup>3)</sup> et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus vt in forma. Fiat R<sup>4)</sup>.

Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R<sup>4)</sup>. Datum Auinione VI kalendas iulii anno septimo.

<sup>1)</sup> I vänstra marginalen: V[psalensis]. <sup>2)</sup> I ms: prebendi. <sup>3)</sup> Jfr SD 5178: Amoto exinde quolibet detentore. <sup>4)</sup> Initialbokstav, använd av Clemens 6 vid supplikärendens avgörande; se Katterbach, Specimina supplicationum, P. I, s. IX. Jfr SD 5401, not <sup>3)</sup>.